



ELEGIA,  
LOCO PROGRAMMatis AD CONVOCANDAM  
CONCIONEM PVBLICE AFFIXA.

RECTOR  
ET  
SENATVS ACADEMICVS

L. B. S.

*M*ortales homines, quibus immortale Lyceum  
Provida committunt Numinia, s̄epe cadunt.  
*Musarum sedes ut toto nobilis ævo*  
*Floreat, & munquam diminuatur honos,*  
*Secula nec cessent se longis trudere seclis,*  
*Secula perpetuis continuanda rotis,*  
*Fas & Jura volunt; quorum terrestria nutu*  
*Omnia decretis convenienter eunt.*  
*Mortales eadem fragilesque, perennia servent*  
*Ut Sacra, Pieris constituere locis;*  
*Utque per instabiles stabilis sine labe feratur*  
*Artibus & studiis gloria parta, jubent.*

*Numi-*



*Numinis æternam quis eam reprehendere legem,  
Et velut injustas audeat ore vices?*

*Sæpe licet tristes duræque gravissima longo  
Damna ferant tandem vix superanda die.*

*Talis in hoc rerum series cognoscitur orbe:  
Talis adorandi provida cura Dei.*

*Quis Themidos tantum cultores dixerit omnes,  
Quosque suos mystas hic venerata Dice?*

*Atra dies simili paullatim sustulit ictu,  
Obruit & cunctos sæva procella Viros;*

*Propositamque semel mortis calcare coëgit,  
Nobilis elus'd Pæonis arte, viam,*

*Qui, ne mortalis studiorum fama periret,  
Conati fuerant mentis & oris ope.*

*Hac tamen invitâ sed iidem Morte perennem  
Vivendi meritis obtinuere modum;*

*Æternumque, prius quo non potuere potiri,  
Acquisiverunt post sua fata diem.*

*Laudibus & titulis lætantur in omnia vitam  
Secula diffundi nominibusque suam.*

*Provenit hinc etenim, quos tollit in ardua Virtus,  
Omnibus à tristi libera vita nece.*

*Eripiunt nigris hos vel sua scripta sepulcris,  
Digna quoque à sera posteritate legi:*

*Facta*

Facta vel humanae prodesse valentia genti,  
 Ut decet, ingenuo commemorata stylo.  
 Præsertim donis si Jura nocentibus æqua,  
 Et conservatis dicta fuere bonis;  
 Justitiaque Nefas quodvis medicante retusum,  
 Quā nihil hic totus sanctius orbis habet  
 Jure Sacerdotes hos dixeris esse Patresque,  
 Quos colat & juvenum, quos colat ordo senum.  
 Hi quia, quo possint lætari, fraude repulsi,  
 Hi quia, quod discant, quodque sequantur, habent.  
 Talibus en meritis struxerunt aurea quondam  
 Heroës tanti semper ad astra viam;  
 Quos pia Posteritas veneratur, & æthere lapsos  
 Pene velut Genios morte carere putat.  
 Nomen honoratum toto volat orbe superstes:  
 Utque recens, quovis tempore durat honos,  
 Quin & ab exsequiis augetur fama supremis,  
 Alterius vitae præmia justa ferens.  
 Quatenus incolumem Virtutem saepe solemus  
 Spernere, sublatam querere prava cohors.  
 At reliquos cohibens penitus tegit urna, premitque  
 Omnia cum toto nomine viliis humus;  
 Quos modo præsentis vitae peritura voluptas,  
 Quos cibus & potus, fulvaque massa jucut:

H

Fœni-



*Fæmineas inter quos garrula turba cathedras,  
 Et stolido plausus judice plebe datus.  
 Quos nihil eximium, nihil immortale futurum  
 Segnities vecors posse parare sinit;  
 Sic tamen ut meritis aliorum nubila sperent  
 Objicere insana garrulitate feri.*  
*Qualiter obscuro fumos glomerabat ab antro  
 Cacus, Aventini prædo luesque jugi.  
 Ne cum luce brevi (brevis est longissima quævis  
 Humanos inter vita peracta greges)  
 Ne cum præsentis, quod transvolat ociosus Euro,  
 Temporis usurp concidat omnis honor,  
 Nosque, velut nunquam nati, fileamur in ævo,  
 Turpiter & toti contumulemur humo,  
 Auxiliis aliis, aliâ res indiget arte,  
 Quam tuus ut civis, sic peregrinus amet:  
 Quam Scytha longinquus, quam vel Garamantes honorent,  
 Si scierint, vastis & Nasamonies agris;  
 Quam quoque posteritas nunquam tacitura, remotis  
 Nubibus invidiae, prædicet ore pio:  
 Posteritas meritis sine spe, sine labe metuque  
 Distribuens laudum præmia justa Viris.  
 Hanc immortalem genitus sibi querere vitam,  
 Ultima præstamus cui modo justa, fuit.*

VIR